

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

22. An in aliquo casu licite possint plures Sacerdotes ministrare simul Extremam-Vnctionem, alicui moribundo? Et an satis sit in administratione huius Sacramenti vnam guttam olei stillare? Ex p. 5. ....

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

possit absoluī, non possit etiam illi præberī Eucharistia propter periculum vomitus, huic ita necessaria est Extrema-Vnctio, vt sine illa sit in æternum peniturus, cūm illa saluandus, vt est omnino probabilitas: ergo potest occurtere moralis necessitas adhibendi plures Ministros huius Sacramenti. Ita Præpositus ubi supra, num. 39.

3. Sed licet hæc sint satis probabilitas, obseruatamen Ludouicus Mæratius in D. Thom. tom. 3, tract. de Exir. Vnct. disp. 10, sect. 2, num. 8, cūm non sit certum, vt vñsum est, Sacramentum Extrema-Vnctionis sic à duobus ministris validum esse, si contingeret Sacerdotem, qui ceperit infirmum vngere, mori antequam omnes vñctiones absolueret, alteri licetum esse vñctiones à principio petere, perinde atque si prior ille nihil earum inchoasset. Id Theologο docent communiter. Et ratio est, quia id infirmo multo est vtilius, cūm sic Sacramentum certissime recipiat; fator tamen S. Thomam in citata ad tertium responsione videri sentire id esse illieictum, & posteriori Sacerdoti esse progredendum in eo, quod prior inchoauit, quod proculdubio intelligendum est, dum mors inter singulas Vnctiones factas à duabus interposita tanta non esset, vt obstat posset validitati Sacramenti, si perfecte omnes ab uno fuissent. Hæc Mæratius.

## RESOL. XXIL

*An in aliquo casu licetē possint plures Sacerdotes ministrare simul Extremam-Vnctionem, alicui moribundo?*

*Et an satis sit in administratione huius Sacramenti vñ guttam olei stillare? Ex part. 5, tract. 3, Ref. 88.*

Sop. hoc in  
Ref. præterita  
§. 2. in fine,  
vers. Post  
t. & in §.  
seq. & supra  
in summa, part. 2, cap. 135, dub. 2, conclus. 1, num. 1.  
quicquid in contrarium non bene alterat Taurianus  
in Ref. 13, §.  
ad mediu  
vers. Imo, &  
præsupposi  
to in princi  
pio, huius  
Ref. pro va  
liditate hu  
ius Sacram  
in §. vlt., hu  
ius not. in  
eius princi  
pio.

§. 1. Suppono cum Tannero tom. 4, disp. 7, quest. 1, dub. 3, num. 85, & Mæratio in D. Thom. tom. 3, tract. de Extrema-Vnctione, disp. 10, sect. 1, num. 1, quicquid in contrarium non bene alterat Taurianus seq. & supra in summa, part. 2, cap. 135, dub. 2, conclus. 1, num. 1. fore hoc Sacramentum si plures Sacerdotes ita inter se conuenient, vt dum unus oculos inungit, formamque profert isti Vnctioni respondentem, alter nares inungeret, formamque profert, terius nares, & ita de ceteris sensibus, nam inter has partiales vñctiones nullus est ordo essentialis, id est, necessarius ad validitatem Sacramenti. Ita Mæratius, qui tamen subdit hunc modum ministrandi Extremam Vnctionem esse illieictum, & quod nulla vñquam potest esse ei us necessitas.

2. Sed ego puto posse interdum esse necessitatem, & ita non solum validē, sed etiam licetē modo, quo supra, ministrari aliquando hoc Sacramentum, & ita docet Præpositus in 3, part. quæst. 2, q. de Sacram. Extrema-Vnctionis, dub. 5, num. 37, vbi sic ait. Ali quando licetē plures possunt concurrete ad confectionem huius Sacramenti, non solum in casu si minister deficiat antequam perficerit omnes vñctiones, sed etiam quando periculum effet ne hoc Sacramentum relinqueretur imperfectum, eo quod ægrotus agat animam. Ita ille, cui addit Suarez tom. 4, disp. 44, sect. 2, num. 8, Barbolam de officio Pavbororum, cap. 22, num. 9, Filliicum tom. 1, tr. 3, cap. 5, num. 94, Villalobos in summa, tom. 1, tract. 10, difficile, num. 4, & Victorellum tract. de Extrema-Vnctione fol. 74.

Sup. hoc su  
pria in Ref. 6.  
3. Notandum est etiam hic obiter secundum Suarez tom. 4, disp. 40, sect. 2, num. 4, satis non esse in ministracione huius Sacramenti vñcam guttam olei stillare, quia id vel non est vngere, vel certe est

res aliquo modo dubia, sed oportere parrem cot. poris oleo linire aliquod per illam diffundendo; hoc enim est proprium, & in rigore vngere. Sed hoc improbat, & merito, Tannerus tom. 4, disp. 7, quest. 1, dub. 3, num. 16, & si diffusio olei necessaria est, fuit & operandi: quænam enim eriam gutta olei ad venitum vñctionem aliquantæ partis corporis sufficit, ut etiam in Confirmatione ob balsami ranciori parsimonia vñctio ad haberi solet, nec plus in Rituibus exigitur. Vnde non est audiendum Marchionis de peste, part. 2, cap. 6, num. 14, & Filliac, tom. 1, tract. 2, cap. 4, num. 78, afferentes non satis esse vñcam oti fundi guttam in membro pestiferati stillare.

## RESOL. XXIII.

*An confessio sit præmittenda antequam Parsibus ingat moribundum?*

*Et an si peccatum mortale conferre Sacramentum Extrema-Vnctionis infirmo, antequam suscepit Sacramentum Pœnitentia, & Eucharistia? Ex p. mā, Ref. 92.*

§. 1. Respondeo quod confessio non est necessaria præmittenda, quantum est ex nomine Sacramentum, nam ad dignè illud suscipiendum satis est ad summum contritio, vel annus pena contritio, aliunde tamen potest esse obligatio, vt post viaticum peccasset mortaliter, & post mortuorum timorem tempus defuturum pro confessione, tunc enim hæc prætermittenda esset, & abstinendus perfectè, etiam tempus elaboretur pro vñctione, prius enim sumenda sunt Sacra menta necessaria, & deinde vñctio. Et hæc omnia docet Filliic tom. 1, tr. 3, c. 5, n. 114, vnde ex his putat Barbolam de officio Pavbororum, c. 22, n. 36, non esse peccatum mortale confitire Sacramentum Extrema-Vnctionis infirmo, antiqua suscepit Sacramentum Pœnitentia, & Eucharistia, quia infirmus potest per contritionem se disposer ad suscipiendum hoc Sacramentum, tum quia aliquid fieri potest, vt quis recipere possit Extremam-Vnctionem, non vero Pœnitentium, vel Eucharistiam, vt quando aliquis patitur vomitum, ut ita repente morbo prævenit, vt non dederit figura Sacramenti Pœnitentia. Nec etiam dehinc hic apponere verba Henrici Villalobos tom. 1, tr. 10, diff. 5, n. 5, vbi sic ait. [T]ampoco es necesario recibir la comunión antes de recibir este Sacramento, que no ay precepto dello, aunque ordinariamente le hace assi. Mas caso podria auer, en que convinielle dalle la Extrema-Vnctione primero, como si huyelles peligro de la vida, y no se pudiere traer tan pronto el Sacramento de la Eucaristia.] Ita illa,

## RESOL. XXIV.

*An sit absoluendus moribundus, qui non vult recipere Extremam-Vnctionem?*

*Ex quo inferatur esse peccatum mortale omittere ex negligencia gravis Sacramentum Confirmationis?*  
*Et cur sim queritur, an sit præcepsum sumendi Extremam-Vnctionem, tempore mortis? Ex part. 5, tract. 2, Ref. 97.*

§. 1. Videntur negatiū respondendum ex 2000. Richaudi art. 5, quest. 1. VVadensis de Sacram. tom. 1, cap. 11, & Petri Sotii lect. 2, afferentium esse peccatum mortali-